



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Buceri malitia & superbia Lutheranorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

Christum esse iustitiam nostram, nō propriam & inhären-  
tem, sed imputatam, quia iustitia Christi imputetur nobis.  
Hoc quidem Melanchthonice, nullis ex sanctis patribus i-  
stum modum loquendi habentibus. At si Christus est iusti-  
tia nostra imputata, ergo erit & sapientia nostra solum im-  
putata, & nullus Christianus esset vere formaliter sapiēs.  
Ita & Christus esset sanctificatio nostra imputata, & nul-  
lus ex Christianis esset vere & proprie sanctus per sanctita-  
tem inharentem, quae omnia sunt falsissima & absurdissi-  
ma. Rectius ergo dicunt catholici doctores, Christum esse  
iustitiam nostram effectiue seu causaliter, quia effecit in no-  
bis iustitiam vel meritorie, quia Christus per passionem  
& mortem meruit nobis iustitiam, sapientiam, redemptio-  
nem nostram. Adeo quod nulla omnino esset in omnibus  
hominibus iustitia, si Christus non reconciliasset nos pa-  
tri. Sic etiam est resurrectio nostra, quia est causa redemptio-  
nis nostrae, & meruit nobis redemptionem & vitam æter-  
nam. Verum est, ad literam Paulus docuit, quomodo Chri-  
stus supplet defectus prædicatorum: at illa non prosequis-  
mur, sed Buceri calumnias, facit enim more hæretorum,  
quibus cum verum dicitur, cui respondere non possunt,  
rodunt murmura salebrosa, ait Augustinus contra Dona- Lib. 1. ca. 7  
tistas.

Locum Augustini in libro citatum ostendi non vrgere, xx  
cum alio tetenderit Julianus, & Augustinus in genere con-  
tra eum assumat, quae etiā ad actualia peccata se extendunt.  
Maledicus ita assumit, ac si noluerim adducendum Augu-  
stinū, ubi contra hæreticos agat. At hoc nō habet Eckius, Buceriana  
licia.  
sed apostata attulit ex ulcere cordis sui. Redit ad concupi-  
scientiam, an sit peccatum. Et nescio, an sit maior malicia vel  
superbia: quia cum fateantur nobiscū in baptismo remitti  
omnia peccata, fatentur nobiscū Augustinū voluisse con-  
cupiscentiam in peccato remitti, vt non sit peccatum: fatentur  
L nobis.

## CONCUPISCENTIA NON PECCATUM

nobiscum concupiscentiam in renatis, si ei non consentia-  
tur non esse peccatum, quod faciat reum condemnationis,  
sicut facit peccatum vere & proprie acceptum. At quia Lus-  
therani semel errauerunt, in puerō manere peccatum post  
baptismum, mordicus tenent illum errorem, aliam à sacris  
literis usurpationem peccati ingerentes, & ab eorum laicis  
nunq̄ intellectam. Nam quis audit in vulgari vestro dici,

Concupis- Sund, peccatum, nonne statim cogitat aliquid odio habitū  
centia pec- à deo, & cui debeatur pœna ignis, si non deleatur per pœni-  
catum des- letur in ba tentiam? Ipsi vero fingunt ex insania capitī sui nouos con-  
ceptus peccati, à veritate & sacris literis & patrib⁹ alienos,  
vt fuco quodam retineant pœtrū post baptismum manere,

& vt sint impudentiores, dicunt esse vere & proprie pœtrū:  
sed his tenebris obscurat, quia non imputetur. Et ergo du-  
plex proprie pœtrū apud eos, scilicet quod imputetur, & qd  
non imputetur. Iam quia clauam tuli de manu Herculis  
Vuormaciæ, quod propheticis ac apostolicis scripturis, &  
sanctorum patrum testimonijs obtinui, nullum prouersus  
peccatum proprie manere in puerō baptisato, ne videan-  
tur victi, & fiant consufi, adhuc obstinate dicunt remanens  
proprie esse peccatum: at non sic intelligendum proprie,  
quod damnet, sed fit iniquitas, & ideo peccatum, non pros-  
pria voluntatis, sed vitij. His excogitatis vanissimis delys-  
tis in hæresi obstinati perseverant, esse proprie peccatum  
in puerō.

Peccator At tota scriptura reclamat, quia peccatum proprie est et  
quis in scri peccator, quem altissimus odio habet. Eccī 12. & quod Da-  
ptura. uid dixit: Iniquos odio habui, Psal. 118. Peccata sunt quæ di-  
uidunt inter nos & deum & absconderunt faciem dei à no-  
bis, vt non exaudiat nos, Isa. 59. peccata sunt quæ responde-  
runt nobis, peccare & mentiri contra dominum: peccata q̄  
prohibuerunt bonum nobis, Hier. 5. Et quæ deus vleisci-  
tur in nobis, Iudith 7. Et propter quæ facit regnare hypo-  
critam